



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

S[e]c[undu]m matheu[m].

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

etiam oleum significare arbi-
troz propheta inquit. **U**xit
te deus de^o tuus oleo leticie.
Qui autem propterea non gau-
det quia deo intrinsecus pla-
cet non habet oleum secum.
Tu autem. Lectio quarta.
Prudentes autem acceperunt
oleum in vasis suis cum lam-
padibus id est leticiaz bono-
rum operum in corde atqz co-
scientia posuerunt. Sicut apo-
stolus monet. Probet se inquit
homo. et tunc in semetipso glo-
riam habebit et non in altero.
Tardante autem sponso dor-
mierunt omnes: quia ex utroqz
genere continentium hominum
sive eorum qui coram deo ex-
ultant sive eorum qui in lau-
dibus hominum acquiescunt
moriuntur hoc interuallo re-
positis donec sub aduentu do-
mini fiat resurrectio mortuo-
rum. Tu autem Lectio quinta.
Media autem nocte id est nul-
lo sciente aut sperante. Quip-
pe cum ipse dominus dicat:
De die autem illa et hora ne-
mo scit: et apostolus dicat: Di-
es domini tanquam fur in nocte
itaveniet ex quo significat peni-
tus latere cum venerit. Cla-
mor factus est: ecce sponsus ve-
nit surgite obviam ei. In ictu
oculi in nouissima tuba om-
nes resurgemus Tu autem do.
Argo surrexerunt Lectio. vi.

omnes virgines ille et aptave-
runt lampades suas id est tra-
ctiones reddendas operum suo-
rum. **S**oportet nos exhiberi
ante tribunal christi ut illic re-
cipiat unusquisqz quod gessit
in corpore sive bonum sive ma-
lum. **E**t dixerunt stulte ad sa-
pientes: **D**ate nobis de oleo
vestro quia lampades nostre
extinguuntur. **Q**uorum enim
facta aliena laude fulciuntur
eadem subtracta deficiunt et
et de consuetudine id semper
inquit unde animus gaude-
re solet. **I**taqz hominum qui
corda vident testimonium vo-
lunt habere apud deum quod cor-
dis inspector est **Tu autem do.**
In illo **Secundum mathei.**
Tempore **D**ixit iesus de
discipulis suis parabolam hanc.
Simile est regnum celorum the-
sauro abscondito in agro. **E**t
reliqua. **S**emelia **be. gregozij.**
Inventus thesaurus abscondi-
ditur ut seruetur quia studium
celestis desiderij a malignis
spiritibus custodire non suffi-
cit qui hoc ab humanis lau-
dibus non abscondit. **I**n pre-
senti etenim vita quasi in via su-
mus qua ad patriam pergimus.
Maligni autem spiritus iter no-
strum quasi quidam latronum
culi obsident. **D**epredari ergo
desiderant qui thesaurum
publice portant in via. **T**he-

lauris autē celeste est desiderium. Ager vero in quo thesaurus absconditur disciplina studij celestis. Quis profecto agrum venditis omnibus comparat qui voluptatibus carnis renunciat cuncta sua terrena desideria per discipline celestis custodiam calcat ut nihil quod iam caro blanditur libeat: nihil quod carnales vel tam trucidat spiritus perhorrescat. Tu autem domine.

Rursum celeste **Lectio scda.** regnum negotiatori homini simile dicitur qui bonas margaritas querit sed vnam preciosam inuenit quam videlicet inuentam omnia vendens emit quod qui celestis vite dulcedinem in quantum possibilis admittit perfecte cognouerit ea que in terris amauerat libenter cuncta derelinquit in comparatione eius vilescunt omnia: deserit habita congregata dispergit: inardescit in celestibus animus: nihil in terrenis libet deforme conspici quicquid de terrene rei placebat specie: quia sola speciose margarite claritas fulget in mente. Tu autem. **Lectio. iij.**

De cuius dilectione recte per salomonem dicitur: Fortis est ut mors dilectio. Quia videlicet sicut mors corpus interemittit sic ab amore rerum corpo-

ralium eterne vite charitas occidit. Nam quem perfecte absorbuerit ad terrena foris desideria velut insensibilem redidit. Neque enim sancta hec cuius hodie natalicia celebramus: mori pro domino potuisset in corpore si prius a terrenis desiderijs mortua non fuisset in mente. Erectus namque in virtutis culmine animus tormēta desperit: premia calcavit: ante armatos reges et presides ducta stetit: feriente robustior: iudicāte sublimior. Tu.

In commemorazione feriale cuiuscunqz sancti i primis vespers si concurrat commemoratio festiua alterius sancti illa agitur: et nihil de sancto feriale. Exempli causa si commemoratio ferialis alicuius sancti cadit in feriam secundam tunc in primis vespers hoc est in vespers diei dominice dicitur vespere d̄ dominica aut factio que agebatur in dominica: et nihil de sancto feria. ij. commemorando. Si vero die precedenti sanctum feriale non habent nouem lectiones: tunc i primis vespers psalmi feria les cum suis añ. Hymn. ca. p. añ. super magñ. collecte dicuntur de sancto. Post primus Benedicamus Suffragia ferialia. Compl. r̄ prime de tpe In matutinis. Inuitatorius